Miastkowski et Strumilo se se mutuo Quietant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Generosi Joannes Miastkowski Camerarius Granicialis Terrae Premislien[sis] ab una et Generosus Joannes Strumilo parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan[eali] Premislien[si] Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsivo suo pro interesse recognoscunt Quia ipsi se se mutuo et invicem de Interesis certis binis aliisque quibuscunque Contractibus coram Actis praesen[tibus] paulo superioribus roboratis et inter se recognoscentes manibusque suis et praesertim praefato Generoso Strumilo suo et Generosae Barbarae de Merlicz Consortis suae nomine subscriptis ratione quarumcunque rerum ibidem Contentarum conditionumque et ligamentorum confectis ob plenariam et mutuam sibi satisfactionem praestitam quietant emittunt liberosque faciunt Intercisas easdem et contractus anteriores omnes in diem hodiernam intercedentes in toto cassat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ratione praemissorum perpetuam ab utrinque imponendo silentium. Et nihilominus suprascriptus Generosus Joannes Strumilo debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibuscunque habitis et habendis inscribit et obligat praesens praefato Generoso Miastkowski Camerario Granicial[i] Terrae Premislien[si] et illius successoribus suprascriptam Generosam Barbaram de Merlicz consortem suam vivam existentem sui vel in eventu mortis successores illius ad approbandam per ipsos praesentem inscriptionem quietationem vel similem suo pro interesse faciendam in Acta quibus

836 aut Sententiae Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex septimanarum diluere et postea statuere ab eaque ut praemissa exequatur efficere. Idque sub vadio summae quinquaginta millium florenorum polonicalium per praefatum Generosum Strzemito sive successores eius suprascripto Generoso Camerario Granitiali Terrae Premisliensis suisque successoribus ipsius ob non statuitionem suprascriptae Consortis suae pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubitio ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda complenda Citatus existens memoratus Generosus Strzemito aut ipsius successores ad instantiam suprascripti Generosi Ioannis Mieczkowski Camerarii Granitialis Terrae Premisliensis aut ipsius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Citatione relicta suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere vadium praefatum luere inscriptioni huic satisfacere ac omnem evictionem pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Rectorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vadii proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis cessionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello coniunctionesque tum et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ac praemissa omnia mediante.

Korycinski Vexillifero Kiiouiensi

Xdit

Comparens